



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

4 De actione eiusdem circa ea, quæ conueniunt personæ ratione bonorum
externorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

scribit Christum *inclinato capite emisisse spiritum*. Et S. Lucas ait eundem eleuatis manibus benedixisse discipulis. *Luc. 24.*

SEPTIMUM est, si persona sit vestita, vel nuda. Christus enim nudus in cruce obiit. Et si vestita sit, num toto corpore, an parte tantum aliqua. vt pileo in capite, calceis in pedibus, pallio in corpore, &c.

Vestimentis deinde aliis vtimur pro decenti conuersatione, aliis ob necessitatem temporis vel loci, aliis ad ornamentum status. Vestibus annumerari solent & arma, vt galeæ, loricæ, thoraces ferrei, quia & his tegimus corpora pro vitæ defensione. Vnde David, cum animaduerneret sibi arma Saulis non conuenire, inermis in certamen prodiit cum hoste armato. *1. Reg. 17.*

*De actione intellectus circa ea, quæ
conueniunt ratione bonorum
externorum.*

C A P. IV.

BONA externa hoc loco vocamus, quæ quidam appellant bona Fortunæ, & comprehendunt, quæcunque nobis foris adueniunt: & sunt varii generis. Primum est, L t-

K 3 BERTAS,

BERTAS, cui contraria est, subiectio. Subiecta est, verbi causa, vxor marito, teste S. Paulo, liberi parentibus, & serui Dominis. De subiectione pueri IESV scribit S. LUCAS. *Et erat subditus illis.* Et Centurio apud B. Matthæum declarat se habere milites sibi subiectos. *Nam Ego, inquit, homo sum, habens sub me milites. & dico huic. fac hoc & facit: E seruo meo, venit, & venit* Ex iis autem qui subditos habent, nonnulli nullum habent superiorem, vt ille Paterfamilias, qui apud B. Matthæum dixit Vineæ operariis; *an non possum, quod volo facere?* Alii vero habent, vt dictus centurio, qui differtè id confessus est. *Nam Ego, inquit, homo sum sub potestate constitutus.*

SECUNDVM bonum sint OPRES. Poteris ergo indagare, si nē persona diues, vt erat S. Matthæus: vel inops, vt erant ceteri Apostoli, quod notauit S. HIERONYMVS libro in Matthæum 3. in verba. *Ecce nos reliquimus omnia.* PETRVS inquit, *piscator erat, cibos manu E arte quarebat, & tamen loquitur confidenter: Ecce nos reliquimus omnia.*

TERTIVM est Nobilitas. Nobilis erat Ioseph ab Arimathia, qui mortuum IESV corpus postulauit à Pilato, vt testatur B. Lucas.

Lucas. *Ecce Vir nomine Ioseph, qui erat nobis decurio.* De ignobilibus scribit Paulus in priore epist. ad Corinthios. *Non multi nobiles, sed qua stulta sunt mundi e: egit DEVS. Et infra se etiam inter illos numerat. Vos nobiles, nos autem ignobiles.*

QUARTVM est, considerare, si persona sit magnæ existimationis apud homines, vti fuit S. Ioannes Baptista, qui non solum apud plebem, sed etiam apud regem Herodem in pretio erat. *Et Volens Herodes,* ait B. Matthæus, *eum occidere, timuit populum, quia sicut PROPHE TAM eum habebant.* Et rursus. *Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum Virum iustum, & sanctum.* Et similiter considerari potest, si persona sit contemptibilis, vti erat Christus Dominus apud Iudæos. Quo loco consultum est, inquirere causas contemptus. Christus enim ideo contemnebatur, quod esset FABER. Nam apud Marcum dicunt: *nonne iste est faber?* deinde, quod parentes haberet abiectos, vt sanctus Ioseph quem putabant eius patrem. Vnde apud beatum Matthæum obiiciunt: *Nonne hic est fabri filius?* Et item de matre, *Nonne mater est dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas:*

Et sorores eius, nonne apud nos sunt? Tertio, quod natale eius solum esset vile. Vnde apud B. Ioannem dicunt. A Nazareth potest aliquid boni esse? Quarto, quod conuersaretur cum hominibus vilibus & contemptis; unde vocabant eum amicum publicanorum. Matt. II. Et alibi dicebant: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister Vester?

De actione intellectus circa ea quae persona conueniunt ratione bonorum gratuitorum.

C A P. V.

PRI MV M quod de persona in Meditatione indagandum est, merito censetur gratiae diuinæ donum. Et quia varia sunt dona, inquirens sedulo, quibus & quot donis sit ornata.

Prima **GRATIA** dicitur **Præueniens**, vel excitans, quia hac gratia **DEVS** hominem præuenit, excitat, & auocat à peruersa vita ad bonam, vel à bona allicit ad meliorem; illi consulendo actus pœnitentiæ, & conuersionis, huic vero opera pietatis & deuotionis. Hæc autem inciramenta, vel **vocationes**